BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 50r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Eruca alia ortulana: alia siluestris
calida est insecunda et sicca in primo
sed recens habet humiditatem in primo. li-
cet inflatiua sit. aperit tamen epatis op-
pilaciones: Sola comesta capitis dolorem
inducit: qui alactuca endiuia aut por-
tulaca remouetur. Erucha insuper sim-
uarias complexiones et diuersam quan-
titatem diuersos producit effectus. Ab
ipsa cauere debent colerici et sangui-
nei, nisi cum predictis herbis frigidis
comedantur. De ipsa enim si multa
comedantur, et sola, acuit sanguinem:
luxuriam remouet: eiusque materiam exiccat.
Temperate autem comesta in frigidis com-
plexionibus digestiuam confortat: coytum
incitat, et eius materiam auget et prope
si copta comedatur:

Enula calida est et sicca in 2o. licet
aliqualem superfluam humiditatem
in se contineat: radice eius utimur
aut in salatitie cum sua amaridine,
aut copta in tortellis cum ouis et cere-
bellis, et similibus: eius usus meliorem
in yeme. Confortat corpus, atque pul-